

271

269

275

illo lapide solo utuntur in superstitione sortizazione. Accipiunt enim de terra quatuor lapillos parvos, et jactare volens manu revolvit, sicut lusor taxillorum tesseres ante jactum revolvit; et super lapidem illum quadratum jactat lapillos: et figura, quam lapilli quatuor in casu suo formant, praenosticant ea, quae scire intendunt, ut puta: si cadunt lapilli ad lineam rectam, aliquid judicant sic fieri; si cadunt in curvam lineam, aliter fiet; si in quadrum volvuntur, si crucem faciunt, aliter; si circulum, aliter, et sic de aliis figuris.

265

280

260

320

Figura crucis est principalis ludo illo, et quanto figura magis ad eam appropinquit, tanto efficacius significat, et ad eam omnes figurae referunt. Stetimus ergo et fatuitates illorum derisimus. Ipsi autem seriose suis auguriis attendebant et fortunae serviebant. Vidi ibi aliquando sedere ludentes episcopos et sacerdotes Orientalium et maturos viros sortientes. Non enim ludunt ibi pro lucro, sed solum ad superstitiones, quibus Orientales pleni sunt. Unde accedit ex frequenti sortilegio, quod ibi committitur, quod ipse lapis quadratus, qui de se est grossus et asper, factus est in superficie ac si esset politus artificialiter.

220

370

170

De loco coquinae, in quo agnus paschalis pro coena dominica fuit assatus, et aqua calefacta.

His visis avertimus nos a lapide isto, et gyramus ab extra murum antiqui chori, et ad locum venimus, in quo (**B**) conjecturant stetisse coquinam, in qua discipuli paraverunt pascha, assantes agnum pascale, et lactucam agrestem terentes, et aquam pro lotione pedum calefacentes, et pro mundatione parabsidis et scutellarum, et pro combustione reliquiarum agni pascalis, pellis et ossium et aliorum, quae mandi non possunt. Locus iste nec sanctitate nec aedificatione caret. Sancti enim erant cocci illius coquinae, et sancta cibaria ibi decocta. Nam cocci erant Petrus et Johannes, Luc. 22., dilectissimi Christi et sanctissimi discipuli, qui paraverunt cibos pascales in hac coquina. Sed et agnus pascalis ibi assus sanctus erat, typum gerens agni veri in cruce assatum. Sancta etiam erat aqua illa ibi calefacta, qua Dominus

Ende

Anfang

